- + 1578. ,, D. Bartholomeus monac. prof<sup>us</sup> et procurator D. Vedanae, et olim prior domorum Montelli (1564-1566) Pontiniani (1571-1572), Maggiani (ch. 1568-1578 ch) et Vedanae (1566-1568)
- + 1580. ,, D. Bartholomeus Nicolini prof<sup>us</sup> et prior D. Ferrariae (1575-1580) olim prior domorum Vedanae (1547-1553) Pisorum (1556-1563) Venetiarum (1563-1567 ch) et Maggiani (ch. 1567-1568 ch), habens miss. de B. Maria in 3 provinciis Italiae ....
- + 1582. ,, D. Augustinus Bononiensis monac. prof<sup>us</sup> D. Ferrariae, olim prior domorum Venetiarum (1559-1561) Florentiae (1561-1563) Lucae (1563-1565) Ferrariae (1565-1567) et Paduae.
- inutile ,, ,, D. Marius prof<sup>us</sup> D. Maggiani et déclaré n'est plus personne de l'ordre (l'ordon-nance.)
1584. ,, Fr. Laurentius conv. prof<sup>us</sup> D. Maggiani.

- + ch. 1586. obit D. Hieronimus prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Maggiani, hospes in d<sup>o</sup> Papiæ, alias prior  
d<sup>i</sup> Montis benedicti, habens miss. de S. Maria per tot. ord. — (Aurait été  
aussi prior de Maggiano et de Beauregard!). —
- + 1589. " D. Franciscus prior Maggiani (d. 1578-1588, 17 Julii) a été aussi prior  
de Montelli 1575-1578 ch. — at da Padoue d<sup>e</sup> 1574/1575 ch. (d. 1574. prof<sup>us</sup> idem  
in prioram d<sup>i</sup> Padua v. Franciscum procuratorem generalem pro vio-  
-ciarum Italiae in Urbe. —
- + 1592. " D. Bernardus prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Vadanoe, prior d<sup>i</sup> Maggiani et olim d<sup>i</sup> Vadanoe, h<sup>is</sup> miss. B. p. t. ord.
- + 1594. " D. Andreas prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Venetiarum (vic. d<sup>i</sup> Ferrarise. T. C. at Chauvet) alias  
prior domorum Maggiani (d. 1565-1567 ch) Venetiarum (1567-1568)  
Montelli (1578-1581) Paduae (1563-1565) et Vadanoe (1568-1572 ch.)  
qui multos annos laudabiliter vixit in ordine.
- " " Fr. Franciscus conv. prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Maggiani.
- x 1595. " D. Ignatius prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Maggiani, alias prior domorum Vadanoe  
et Baliguardi.
1597. " Fr. Joannes B<sup>ta</sup> conv. prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Maggiani.
1603. " D. Joannes B<sup>ta</sup> prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Florentiae, procurator in d<sup>o</sup> Maggiani.
1609. " D. Desiderius procurator d<sup>i</sup> Maggiani, prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Florentiae.
- " " Fr. Leonardus conv. prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Maggiani, hospes in d<sup>o</sup> Pisarum.
- + 1611. " D. Laurentius de Rubis vicarius d<sup>i</sup> Ferrarise, alias prior domorum  
Venetiarum (d. 1599-1601 ch) Maggiani (d. 1592-1599 ch) et Vadanoe (d. 1601-1603)  
prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Venetiarum. —
- + 1613. " D. Joannes M<sup>a</sup> prior d<sup>i</sup> Maggiani (d. 1599-1612) alias prior domorum  
Luceæ (d. 1597-1599 ch) et Venetiarum (d. 1593-1597 ch) prof<sup>us</sup> epi dom d<sup>i</sup> Vene-  
-tiarum.
1624. " D. Alexander prof<sup>us</sup> et antiquior d<sup>i</sup> Maggiani.
- " " Fr. Joannes M<sup>a</sup> conv. prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Maggiani.
- + 1627 " D. Nicolaus prof<sup>us</sup> <sup>prior d<sup>i</sup> Maggiani</sup> ~~prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Bononiæ~~ (d. 1626-1627) alias prior  
d<sup>i</sup> Baliguardi.
- " " D. Dominicus de Dominicis prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Maggiani
- " " Fr. simplicianus conv. prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Maggiani
- " " D. Joannes B<sup>ta</sup> prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Ferrarise, (v. Maggiani, disent T. C. at Schm.)

- + d. 1631. obiit D. Franciscus Joannellus prof<sup>us</sup> et <sup>alias!</sup> prior d<sup>i</sup> Ferrarise, necnon dom-  
-orem Beltriguardi et Maggiani.
- 11 11 D. Alexander Fratangelis }  
11 11 D. Hiacinthus Corsini } prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Maggiani.
1632. 11 Fr. Silvester corr. prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Maggiani.
1635. 11 Fr. Patronius Nonianus corr. prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Maggiani.
1637. 11 D. Bonaventura prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Maggiani.
1638. 11 Fr. Laurentius corr. prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Maggiani.
- + 1639. 11 D. Marcus Ripa prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Bononise, alias prior d<sup>i</sup> Maggiani et consi-  
-sitator provincie Tuscie, (1614-1618). —
- 11 11 D. Ignatius De Corbis prof<sup>us</sup> et procurator d<sup>i</sup> Maggiani.
- + 1641. 11 D. Hieronimus Cararius prof<sup>us</sup> et procurator d<sup>i</sup> Ferrarise, alias  
prior ejusdem d<sup>i</sup> et d<sup>i</sup> Maggiani.
1644. 11 D. Joannes Ma<sup>g</sup> Galganus prof<sup>us</sup> et sacrista d<sup>i</sup> Maggiani
- + 1646. 11 D. Bernardus Pallionus prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Bononise, prior d<sup>i</sup> Lucce (1644-1646)  
alias prior domorum Bononise (1643-1644) Vedanze (1627-1635) Paduae  
(1635-1639) et Maggiani (1639-1643). —
- 11 11 Fr. Alexander corr. prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Maggiani.
1647. 11 D. Joannes Franciscus Chiarellus prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Florentie, procurator  
d<sup>i</sup> Maggiani.
1649. 11 D. Silvester Lauranzattus prof<sup>us</sup> et antiquior d<sup>i</sup> Maggiani.
1651. 11 Fr. Angelus Ma<sup>g</sup> corr. prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Maggiani.
- + 1652. 11 D. Bartholomaeus Scala prof<sup>us</sup>, procurator et alias prior d<sup>i</sup> Florentie  
et domorum Vedanze, Paduae, Pisanum, Lucce et Maggiani, qui  
ultra 56 annos laudabiliter vixit in ordine, habens monach.  
cujus amiserat. perpet. scribatur. sub 4<sup>to</sup> Martii.
- + 11 11 D. Joannes Brancatius prof<sup>us</sup> et prior d<sup>i</sup> Maggiani.
- + 1659. 11 D. Damianus Brancatius prof<sup>us</sup> et prior d<sup>i</sup> Pontiniani, consistorator  
prov<sup>us</sup> Tuscie, alias prior domorum Maggiani, Florentie, Pisanum,  
H. Stephani et Brunonis et consistorator prov<sup>us</sup> 1<sup>te</sup> Brunonis, habens  
plon. monach. et miss. de B. Maria per tot. ord. obiit 1<sup>o</sup> Augusti.

- d. 1659. obiit D. Josephus Magorellus prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Maggiani, hospes in d<sup>o</sup> Pisarum.
- + 1660. " D. Alexander Chiassinus prof<sup>us</sup> et antiquior d<sup>i</sup> Florentiae, alias prior domorum Pisarum et Maggiani.
- " " D. Joannes Galganus prof<sup>us</sup> et sacrista d<sup>i</sup> Maggiani.
1661. " D. Bruno Istegianus prof<sup>us</sup> et procurator d<sup>i</sup> Maggiani.
- " " D. Jacobus Desiderius prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Ferrariae, procurator d<sup>i</sup> Maggiani.
- + 1662. " D. Bonaventura Bannatus prof<sup>us</sup> et procurator d<sup>i</sup> Florentiae, alias prior ejusdem d<sup>i</sup> (1623-1624), Maggiani (1630-1632) Ferrariae (1632-1633), Pontiniani (1646-1649) et Pisarum (1649-1657) habens miss. de B. Maria per tot. ord. obiit 16 Julii 1661. —
- + 1666. " D. Josue Ferreti prof<sup>us</sup> Cartusiae, hospes in d<sup>o</sup> Vadanae, alias prior domorum Maggiani, Lucce et Ferrariae.
- " " D. Anthelmus Bigliorius prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Maggiani, procurator domus Montelli.
1670. " Fr. Dominicus Carlini conv. prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Maggiani. —
1671. " D. Jacobus Patinelli prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Florentiae, sacrista d<sup>i</sup> Maggiani.
1672. " Fr. Michael Fioretti conv. prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Maggiani.
- + 1674. " D. Fulgentius Ceccaroni prof<sup>us</sup> et antiquior d<sup>i</sup> Bononiae, alias prior ejusdem d<sup>i</sup> et domorum Belriguardi, Lucce et Maggiani, qui ultra 59 annos laudabiliter vixit in ordina, in quo habet anniv. perpet. sub 25 Martii.
- " " Fr. Simplicianus Lazarini } conv. et prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Maggiani.
- " " Fr. Silvester Bragi } conv. et prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Maggiani.
1675. " D. Joannes B<sup>ta</sup> Zanti prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Florentiae, sacrista d<sup>i</sup> Maggiani.
- + 1683. " D. Franciscus Bigi prof<sup>us</sup> et prior d<sup>i</sup> Florentiae, visitator pro v<sup>o</sup> Luciae, alias prior domorum Ferrariae et Maggiani, habens per tot. ord. plen. monach. et miss. de B<sup>ta</sup> Maria, et agendam specialem eo quod obierit in reditu Capituli. —
- + 1685. " D. Petrus Fonati prof<sup>us</sup> et procurator d<sup>i</sup> Maggiani, alias prior ejusdem d<sup>i</sup> et d<sup>i</sup> Ferrariae.
- " " D. Ignatius Maggi prof<sup>us</sup> et coadjutor d<sup>i</sup> Maggiani.

- + d. 1690. obiit D. Ioannes Bonamici prof<sup>us</sup> et coadjutor d<sup>i</sup> Pontiniani,  
alias prior ejusdem d<sup>i</sup> et d<sup>i</sup> Maggiani.
- " " D. Libertinus Ma Pericciola prof<sup>us</sup> et procurator d<sup>i</sup> Maggiani.
1696. " D. Ioannes B<sup>ta</sup> Cavaleoni prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Maggiani.
- + " " D. Joseph Crescini prof<sup>us</sup> et antiquior d<sup>i</sup> Lucce, alias prior ejusdem  
d<sup>i</sup> et d<sup>i</sup> Maggiani.
- + " " D. Liberius Genniani prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Pisarum, prior d<sup>i</sup> Maggiani,  
alias prior d<sup>i</sup> Lucce.
- " " Fr. Bernardus Barouchi com. prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Maggiani, cuius obitus  
anno proterito non fuit denunciatus.
- + 1697. " D. Bartholomaeus Scamabacchi prof<sup>us</sup> et prior d<sup>i</sup> Maggiani.
- + 1698. " D. Nicolaus M<sup>a</sup> Ciampolini prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Maggiani, hospes et procurator  
in d<sup>o</sup> Romae, habens miss. de B. Maria per tot. ord.
- " " Fr. Alexander Costi com. prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Maggiani.
- + 1699. " D. Alexander Rametti prof<sup>us</sup> et procurator d<sup>i</sup> Florentiae, alias prior  
d<sup>i</sup> Maggiani.
1709. " Fr. Carolus Caroli } com. prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Maggiani.
- " " Fr. Bruno Fantacci }
1710. " D. Benedictus Latanti prof<sup>us</sup> et coadjutor d<sup>i</sup> Maggiani.
- + 1714. " D. Petrus Masotti prof<sup>us</sup> et prior d<sup>i</sup> Florentiae, visitator prov<sup>us</sup> Italiae,  
alias prior domorum Maggiani et Pontiniani, habens per tot. ord.  
plen. monach. et miss. de B. Maria. obiit 23 Apr. 1713. —
1717. " D. Joseph Rovelli prof<sup>us</sup> et procurator d<sup>i</sup> Maggiani. —
1721. " Fr. Benedictus Raimondi com. prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Maggiani.
1724. " D. Bruno Ferrero prof<sup>us</sup> et antiquior d<sup>i</sup> Maggiani.
- + 1728. " D. Bonaventura Bergardi prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Pisarum, prior d<sup>i</sup> Maggiani, alias prior  
d<sup>i</sup> Pontiniani.
- " " D. Franciscus Nave prof<sup>us</sup> et procurator d<sup>i</sup> Maggiani.
1731. " Fr. Dominicus Simi com. prof<sup>us</sup> d<sup>i</sup> Maggiani.
- + 1735. " D. Nicolaus Casoni prof<sup>us</sup> et procurator d<sup>i</sup> Florentiae, alias prior ejusdem  
d<sup>i</sup> et domorum Pontiniani et Maggiani.

- + 1738. obit D. Vincentius Palmirochi profus et prior 9<sup>o</sup> Maggiani, conventus  
 pro<sup>o</sup> Tusciae, habens min. de B. Maria per tot. ord.
1742. " D. Bartholomaeus Ungarelli profus antiquior et procurator 9<sup>o</sup> Maggiani.
1746. " Fr. Richardus Veroneri conv. profus 9<sup>o</sup> Maggiani.
1747. " D. Angelus M<sup>o</sup> Capocci profus 9<sup>o</sup> Maggiani, coadjutor 9<sup>o</sup> Romae,  
 habens min. de B. Maria in 3 provinciis Italiae.
- " " D. Basilius Rusca profus 9<sup>o</sup> Maggiani.
1748. " D. Alexander Floidi profus 9<sup>o</sup> Maggiani.
1750. " Fr. Nicolaus Casolari conv. profus 9<sup>o</sup> Maggiani.
1755. " D. Hugo Carsidoni profus, antiquior et coadjutor 9<sup>o</sup> Maggiani.
1759. " D. Josephus Vandelli profus et sacrista 9<sup>o</sup> Maggiani.
1761. " D. Benedictus Patrucci profus et coadjutor 9<sup>o</sup> Maggiani.
1762. " D. Petrus Ferrari profus, antiquior et procurator 9<sup>o</sup> Maggiani.
1770. " D. Joachim Cipriani profus 9<sup>o</sup> Maggiani.
- + 1772. " D. Nicolaus Mazza profus et prior 9<sup>o</sup> Maggiani, alias visitator pro<sup>o</sup> Tusciae,  
 habens per tot. ord. plan. monach. et min. de B. Maria, in quo 56 annis lauda-  
 biliter vixit. obit 2<sup>o</sup> Junii.
1774. " Fr. Bruno Petroni conv. profus 9<sup>o</sup> Maggiani.
1776. " D. Elpidius de Eragius profus 9<sup>o</sup> Maggiani, hospes in 9<sup>o</sup> Venetiarum,  
 cujus obitus a tribus annis non fuit denunciatus.
- " " Fr. Vincentius M<sup>o</sup> Pelliccia conv. profus 9<sup>o</sup> Maggiani.
- + 1781. " D. Bruno Papi profus, antiquior ac alias prior 9<sup>o</sup> Maggiani.
1782. " Fr. Angelus Ristori conv. profus 9<sup>o</sup> Maggiani.
1792. " D. Joannes B<sup>o</sup> Imperiali  
 D. Gregorius M<sup>o</sup> Muccelloni profus 9<sup>o</sup> Maggiani, hospes in 9<sup>o</sup> Florentiae,  
 cujus obitus a tribus annis non fuit denunciatus.
1795. " D. Barnardus Bellucci profus 9<sup>o</sup> Maggiani, hospes in 9<sup>o</sup> Bononiae.
1800. " D. Hieronimus Poggi profus 9<sup>o</sup> Maggiani.
1801. " Fr. Alexius Cavalli conv. profus 9<sup>o</sup> Maggiani, hospes in 9<sup>o</sup> Pisanum.
1821. " D. Nicolaus Bonechi profus 9<sup>o</sup> Maggiani, procurator 9<sup>o</sup> Pisanum.

Reg. Vat. 82. n.º 483. f. 196. — 1326, 25. Dec.

Venerabili fratri .. archiepiscopo Januensi et dilectis filiis .. abbati monasterii sancti Syri Januensis ac .. Guardiano fratrum ordinis Minorum de Reva, Alban. doc. salutem.

Urget nos officii nostri debitum ac zelus iustitiae persuadet ut adversus eos qui humane libertatis laxatis habenis, ac relegato pietatis affectu, seva et horrida committere non verentur, proximo propter Deum minime deferendo, manum correctionis apostolice apponamus. Sane pridem ad apostolatus nostri et fratrum nostrorum sancte Romanae ecclesiae cardinalium, non absque gravi commotione, multorum fidedigna relatio et fama publica perduxerunt auditum, quod nonnulli filii belial, proprie salutis obliti, et divinae maiestatis iudicium non timentes, videlicet Arnon, et Andalo eius frater, de Aurial, Manfredinus, et Conte de Mari, Leonirius Bonaverie, et Lucchinus Zacharie de Janua, saevemorantes, pirati publici et crudeles, de mense octobris proxime preterito, in maritima insulari Januensis, cum galeis eorum armatis in duas galeas Pisanas hostiliter irruerunt et per violentiam ceperunt easdem, ac dilectum filium magistrum Bindum de Lemis, prepositum ecclesiae Colonien., notarium nostrum, qui se dicebat exclamando notarium nostrum existere ut propter nos et sedem apostolicam deferretur eidem, tunc temporis cum sua familia de Italia ad sedem redeuntem prefatam, multosque alios tam clericos quam laicos in dictis

galeis piratis existentes, qui de diversis partibus eiusdem  
 dem Italiae ad sedem accedebant eandem, penitus  
 disrobant et spoliarunt impie ipsorum bonis  
 omnibus que ferebant, ac eos usque ad interulas  
 demudarunt, necnon et eorum aliquos inhumaniter  
 trucidarunt et sine pietatis respectu necaverunt,  
 et, quod nos gravius pupugit, et cardinales  
 commovit eosdem, prefati piratae, non contenti  
 quod dictum notarium sacris ornamentis  
 ecclesiasticis et aliis authenticis libris, vasis argenteis  
 et rebus plurimis pretiosis prorsus depredati fuerant,  
 et eum usque ad carnisiam demudarunt, ipsum  
 sacrilego ausu ceperunt, quamvis reliquos taliter  
 disrobatos, spoliatos et demudatos dimisissent et  
 reddidissent libertati quin potius egestati,  
 dictumque notarium taliter captum per dies aliquot  
 detinuerunt in mari, et, velut hi qui exultant in  
 malitijs et in rebus pessimis gloriantur, predictum  
 notarium inhoneste ac inhumaniter tractaverunt  
 et deinde ad civitatem Laonensem adduxerunt eundem,  
 portum ingrediens ipsius cum vexillis explicitis,  
 tubarum sonitu et strepitu gaudiali, sed potius  
 lugubri, aliorum instrumentorum sonabilium  
 gaudiose atque celebriter, signa celebris,  
 immo incivilis, victoriae ostendendo, et in  
 civitate predicta, in qua tantorum excessuum  
 enormitas pre sui vicina potentia ignorari non  
 poterat nec debebat, recepti communiter cum  
 gaudio extiterunt, scientibus et scire valentibus,  
 receptantibus patientibus et non contradicentibus..  
 potestate.. abbate populi, antianis, communis,  
 credentie, extrinsecorum

Tamen, officialibus et consilio dicte civitatis, nec non et communi et populo antedictis, in eorundem sedis et notarii gravem iniuriam et contemptum. Quamvis autem premissa fore adeo notoria dicerentur quod celari tergiversatione aliqua non valerent, nos tamen, ex habundanti, volentes super eis sufficientius informari et cum gravitate debita et digesta deliberatione procedere in hac parte, per dilectos filios magistratros Bertrandum de sancto Genesio, decanum Engolismen., et Fesselinum de Cassanbis, canonicum Biterrea., ecclesiarum, capellanos nostros et apostolici palatii cantuarum auditores, viros quidem fidedignos, peritos et maturos, de predictis (omnibus) et singulis, ex officio nostro, informationem recipere mandavimus et fecimus diligentem, per quorum relationem plenariam et fidelem nobis super hijs factam, didicimus, quod dictus notarius cum eadem sua familia, et multi alii, usque ad numerum centuum, in duabus galeis Pisanis existentes et ad Romanam venientes curiam, inter sanctum Praxellum, et Portum Monachi, a tribus galeis Saonen., in quibus erant maiores et directores, caporales vulgariter nuncupati, supradicti Amon, Audalo, Manfredinus, Conte, Leonirius, et Lucchinus, hostiliter invasi fuerunt, ipsique piratae et sequaces eorum cum multis armorum generibus easdem duas galeas Pisanas ceperunt, et omnes prefatos ad dictam curiam venientes, tam clericos quam laicos desrobarunt, et quod idem notarius, existens in una dictarum galearum Pisan., fuit per dictos piratas et eorum complices usque ad Carnisiam denuciatus, ipso clamante quod

apostolice sedis notarius existebat, quodque disrobant eundem ornamentis Capelle ac vestibus sacris, libris, vas<sup>is</sup> argentiis et multis alijs bonis que secum habebat in eadem galea pisana ubi existebat, que communi estimatione valere duo milia florenorum auri et amplius dicebantur, et quod ipsi pirata cum huiusmodi eorum complicibus ceperunt et secum captum ducebunt eundem notarium in galea dictorum Annonis et Andalo ad quandam insulam, que non distat nisi per quinque miliaria a Saona, et quod postmodum idem notarius de dicta insula inhumane et inhumane tractatus ad dictam civitatem captus adductus extitit, predictis piratis adducentibus eum, ingrediens tibus gaudiose ac celebriter portum eundem, ipsis que piratis cura gaudio receptis in civitate ipsa, premissa scientibus et scire valentibus, patricibus et non contradicentibus.. Potestate.. Abbate, antiq<sup>uis</sup>, officialibus, Consilio, Communi et populo am<sup>bedictis</sup>, prout superius est expressum, quodque pre<sup>dicta</sup> erant notoria in illis partibus ubi fuerant perpetrata, et quod de ipsis in dicta curia erat pu<sup>blica</sup> vox et fama, et nonnulla alia prefati pira<sup>te</sup> cum eorum complicibus dixerunt et perpetrarunt ibidem que vergunt in divine maiestatis offensam, ecclesie Romane contemptum, ac dampnum et scan<sup>dalum</sup> plurimorum. Nos igitur attendentes quod enormitas huiusmodi excessuum debite correctionis exigit disciplinam, ut delinquentibus cedat in penam et ceteris ad terrorem, quodque per processus Roman<sup>orum</sup> pontificum predecessorum nostrorum qui ab eis facti fuerunt, et a nobis temporibus certis fiunt, ex

communicantur et anathematizantur omnes piratae et la-  
 tronum marini, fautores et defensores ac receptatores  
 eorum, omnesque illi cuiuscumque sint prebenduntis,  
 dignitatis, conditionis aut status, qui ad sedem venien-  
 tes eandem, vel redeuntes ab illa capiunt, spoliant,  
 seu detinere presumunt, aut impedimentum aliquod  
 exhibent quominus ad sedem ipsam cum personis,  
 rebus et bonis suis veniant et redeant ab eadem,  
 et quod capientes et detinentes dictum robarium  
 excommunicationis sententiam latam a canone in-  
 currerunt, et, nequeentes absque divina offensa, et  
 derogatione honoris sedis ac honestatis romane ecclesie  
 prefatorum predicta sic imple ac enormiter presumpta  
 crudeliter et dampnabiliter commissa, conniventibus  
 oculis pertransire, discretioni vestre in virtute obe-  
 dientie, et sub excommunicationis pena, quam si secus  
 feceritis vos incurrere volumus ipso facto, de fratrum  
 nostrorum consilio, per apostolica scripta districte  
 precipiendo mandamus, quatenus vos, vel duo, aut  
 unus vestrum, per vos, vel alium, seu alios, aucto-  
 ritate nostra, publice denunciare, appellatione re-  
 mota, curetis, supradictos Arnouem, Andalo, Man-  
 fredinum, Conte, Leoninum (sic) et Lucchinum ac  
 dictos sequaces et complices eorumdem, omnesque  
 alios, qui in detractionibus, spoliationibus et denu-  
 dationibus huiusmodi, necnon in captione et deten-  
 tione ipsius notarii culpabiles extiterint, et qui su-  
 per hijs prestiterunt auxilium seu consilium vel  
 favorem supradictis, excommunicationum et anathe-  
 matis sententias incurrisse, ipsosque eis fore ligatos,  
 ac eosdem Arnouem, Andalo, Manfredinum, Conte, Leo-

ninum et Lucchinum excommunicatos ubi et quando vide-  
 bitur expedire. (sic). Et quia etiam quorundam relatione  
 percipimus, quod nuper ornamenta, libri, vasa, res et  
 bona cetera, quibus predicti pirata prefatum notarium  
 ut supra dicitur spoliarunt, in potentiam dictorum  
 potestatis, abbatis, antianorum, officialium, con-  
 siliū, communis et populi devenerunt, eorūdem  
 potestatem, abbatem, antianos, officiales, consilium  
 et populum ex parte nostra moneatis ut infra  
 unius mensis spatium a die huiusmodi nostre  
 monitionis in antea computandum, quem eis pro  
 peremptorio termino assignetis, ornamenta, li-  
 bros, vasa, res et bona huiusmodi, quibus idem  
 notarius spoliatus fuerat ut prefertur, ei plene  
 restituant, et de illis que non extarent sibi sa-  
 tisfaciant congruenter, alioquin eosdem potestatem,  
 abbatem, antianos, officiales, consilium, commune  
 et populum, si huiusmodi monitioni nostre infra  
 idem spatium parere non curaverint cum effectū,  
 necnon Amoneum, Audalo, Manfredinum, Conte,  
 Leoninum, et Lucchinum, etiam si dicti potestas,  
 abbas, antiani, officiales, consilium, commune  
 et populus monitioni predicta paruerint, ex  
 parte nostra citetis, ut infra duos menses a die  
 huiusmodi citationis in posterum numerandos,  
 quos eis pro peremptorio termino assignetis, po-  
 testas, abbas, antiani, officiales, consilium, com-  
 mune et populus per procuratorem seu syndicum  
 idoneum, Amoneum vero, Audalon, Manfredinum, Con-  
 te, Leoninum et Lucchinum personaliter conspectui aposto-  
 lico se presentent, eidem notario super premissis de

iustitia responsuri, nostrisque parituri beneplacitis  
 et mandatis et alias super hiis. facturi et recepturi  
 quod fuerit rationis. Volumus autem quod si ad dictam  
 civitatem Saonen. aut ad loca in quibus dictos pira-  
 tas, tempore executionis huiusmodi faciende, fore con-  
 tingerit, vobis liber sive tutus forte non pateret ac-  
 cessus, vos denuntiationes, monitiones et citationes  
 huiusmodi in aliquibus circumvicinis locis, de quibus  
 credideritis eas facilius ad predictorum Amonis, Audalo,  
 Manfredini, Conte, Leonini, et Luchini, potestatis, abba-  
 tis, Ambianorum, officiarum, consilii, communis et  
 populi posse verisimiliter notitiam pervenire, diligen-  
 ter exequi studeatis, super quibus omnibus et singulis  
 plenam vobis et unicuique vestrum tenore presentium  
 concedimus facultatem. Diem vero denuntiationum,  
 monitionum et citationum predictarum et quicquid super  
 premissis duxeritis faciendum, nobis per vestras litteras  
 harum seriem continentes, vel per publicum instrumen-  
 tum seriem huiusmodi continens, quamtotum fideliter  
 intimetis. Non obstante indulgentia qua, fili guardianus,  
 ordini tuo a sede apostolica dicitur esse concessam,  
 quod ipsius ordinis fratres non teneantur se intromit-  
 tere de quibuscunque negotiis que ipsis per ipsius  
 sedis litteras committuntur nisi in eis de concessione  
 huiusmodi plena et expressa mentio habeatur.

Datum Avinione VIII Kal. Januarii anno <sup>XI</sup> XII.

Arch. Vatic. - Fondo Cortesini - Pergamen. n. 1.  
} Cartusia Senensis de Maggiano.

1395, Junii 23<sup>o</sup>

In nomine Domini amen. Nos Cecus Jacobi Auto-  
mi bancherius, et Ludovicus Jacobi Setamelus, de Senis,  
arbitri et arbitratores, communes amici et amicitiales  
compositores electi et assumpti communiter et concor-  
diter a priore, fratribus, capitulo et conventu mon.<sup>ii</sup>  
S. Marie de Maggiano [sic], Ordinis Cartusien., diocesi.  
Senensis, seu a iudice et procuratore predictorum  
prioris, fratrum, capituli et conventus mon.<sup>ii</sup> supradicti  
ex parte una. Et a Guardiano, fratribus, capitulo et  
conventu fratrum Minorum de Senis, Ordinis S. Fran-  
cisci, seu a iudice et procuratore predictorum Guardiani,  
fratrum, capituli et conventus predicti Ordinis S. Fran-  
cisci, ex parte altera. Vix arbitrio et compromisso in  
nos facto et inter ipsas partes celebrato, iurisque  
petitionibus coram nobis factis pro parte dicti Guar-  
diani, fratrumque, capituli et conventus Minorum de  
Senis contra et adversus priorem, fratres, capitulum  
et conventum mon.<sup>ii</sup> supradicti de Maggiano supra-  
dictos, seu iudicem et procuratorem eorum, nomine  
ipsorum; ac etiam ex adverso per ipsos priorem,  
fratres, capitulum et conventum de Maggiano  
adversus et contra predictos Guardianum, fratres,  
capitulum et conventum Minorum de Senis, seu  
iudicem et procuratorem ipsorum, nomine eorum,  
factis, iurisque etiam quibusdam testamentis et  
aliis instrumentis et scripturis hinc inde coram nobis  
productis, indeque iuris responsionibus et allega-  
tionibus ac etiam exceptionibus pro predictis et ad.

predicta pro .. et .. ex adverso .. et auditis etiam par-  
 tibus supradictis .. pluribus vicibus .. habitoque super  
 premissis colloquio simul et cum alijs quampluribus  
 bonis viris et in iure etiam peritis, .. et intenden-  
 tes litigiorum dispendia non suscitare partibus pre-  
 dictis sed potius rescocare, .. sedentes pro tribunali  
 Senis in loco iudicantis et residentie Regulatorum  
 Maiorum Revistorum rationum Communis Senarum,  
 pro bono, pace, concordia et honore dictarum partium,  
 et ne partes prefate, que sunt tam sacris religio-  
 nibus dedicate, simul habeant pro huiusmodi .. cau-  
 sis .. amplius litigare, quod profecto turpissimum  
 videretur, viam arbitratorum .. et amicabilem com-  
 positum eligentes, talem inter dictas partes .. lau-  
 dum, sententiam .. et arbitramentum dantur et pro-  
 ferimus in huj scriptis:

In premiss .. quod prefati .. prior et .. fratres, capi-  
 tulum et conventus dicti mon<sup>rii</sup> de Maggiano, et eorum  
 iudicus et procurator .. in perpetuum singulis annis  
 et annuatim de mane Julii vel antea tenean-  
 tur .. dare et solvere dictis Guardianis et fratribus  
 capitulo et conventui fratrum Minorum de Senis  
 .. aut eorum iudico et procuratori .. in primis qua-  
 tuor doplerios cere ponderis VIII librar cere pro  
 quolibet dictorum dopleriorum sine stagginali; Item  
 XII torchiettos cere ponderis VI unciarum cere pro  
 quolibet ..; Item X libras candelarum cere; Item  
 duas alias etiam libras candelarum cere pro ipsijs  
 fratribus ituris ad processionem ad tumulum Nic-  
 colacci de Petroñ. post celebrationem anniverfarii  
 seu anniverfali; Item VI starios panis; Item IV starios

vini; Item l. floren. auri cum dimidio pro carne  
 Et ad dandum .. predicta in perpetuum .. prefatos priorem  
 et fratres .. S. Marie de Maggiano .. condemnamus et  
 obligamus. Et presertim ut ipsi Guardianus et fratres  
 .. Minor. de Senis teneantur .. quolibet anno semel  
 ad minus .. in perpetuum celebrare et celebrari facere  
 in ecclesia dictorum fratrum Minor. cum solemnitate  
 et honorifico anniversarium seu anniversale de  
 mense Julii predicto cum divinis officij et missa  
 mortuorum pro animabus Nicolai de Petro et  
 Francis aies filii et domine Mine uxoris dicti  
 olim Nicolai .. ut legatum quod dictus Francis  
 fecit in sua ultima voluntate, quod predicta solui  
 et decantat per nos .. arbitrata, non pereat .. Et ad  
 ipsum anniversarium seu anniversale .. ipsos Gua-  
 rdianum et fratres et conventum Minorum de Senis  
 .. condemnamus, et efficaciter fore obligatos protestamus  
 declaramus; de qua ultima voluntate apparere dicitur  
 in testamento condito per ipsum Nicolaium, manu  
 ter Bartholomei, [sic] Ser Nerii, Notarii Senensis, seu al-  
 terius publici notarii. Item quod dicti prior et fra-  
 tres .. de Maggiano teneantur .. numerare quolibet  
 anno in perpetuum .. de mense Julii supradicto, et pro-  
 ter omnia supradicta, X floren. auri et VI etiam sta-  
 rios boni grani communalis, .. Item .. teneantur .. ad  
 voluntatem et requisitionem fratris Galvani, Inquisi-  
 toris Ordinis supradicti, dare tradere et incusare dicti  
 Guardiani et fratribus .. semel tantum et non pluries  
 III modios boni grani communales, aut meliores, pro omni  
 et toto eo quod ipsi Guardianus et fratres .. habere .. vel  
 exigere possent quavis causa .. pro tempore preterito .. usque

1) scriptum in textu  
 missis, in margine  
 vero legitur missae

2) scriptum erat  
 Nicolai, in  
 margine vero  
 ut supra, scribitur  
 Francis, ut in postamen-  
 to. H.

4

in presentem diem... ab ipsis priore et fratribus... S. Ma-  
rie de Maggiano, et seu ab hospitali et fratribus conven-  
tus hospitalis S. Marie de la Scala de Senis, aut ab  
aliquo alio, vel alijs, causam <sup>habentibus</sup> habentibus de predictis  
et propter predicta. Item quod ipsi etiam prior et  
fratres... S. Marie de Maggiano predicti, teneantur...  
ad voluntatem et requisitionem predicti fratris Gal-  
gani, sive et tantum, ipsi Guardianus et fratres  
... Minorum de Senis... [numeraria] X florenos auri  
ultra... supradictos... pro omni et toto eo quod ipsi  
Guardianus et fratres... habere vel... exigere possent  
ab ipsis priore et fratribus... S. Marie de Maggiano,  
seu ab hospitali et fratribus conventus hospitalis  
S. Marie de la Scala de Senis, aut ab alio vel  
alijs exinde causam habentibus de predictis et, pro-  
pter predicta, pro tempore preterito... usque in pre-  
sentem diem... quovis... modo vel causa, et speciali-  
ter... vigore et occasione testamentorum dicti Nic-  
colacii et seu Francisii et aut D.<sup>no</sup> Mine predicti,  
seu Vanucci, vocati Merlotti, et seu quorumcum-  
que legalium et relictorum seu dispositionum predi-  
ctorum Nicolacii et seu aliorum superiorum memo-  
ratorum... Item quod dicti Guardianus, fratres... Mi-  
norum de Senis teneantur... solemniter... se obligare...  
ipsis priori... et conventui S. Marie de Maggiano... nul-  
lum eis eorum Guardianus et fratrum... Minor. de  
Senis ulli alteri persone fore aliquatenus... collatum  
conceptionem vel alienatum de predictis... Et... si contra-  
rium apparuerit aliquo tempore... teneantur... ipsi Guar-  
dianus et fratres... eximere et conservare... dictos prio-  
rem et fratres... de Maggiano et ipsorum bona penitus sine

damno .. Item .. sententiamus .. et arbitramur quod predi-  
 cti Guardianus et fratres .. non possunt .. quomodolibet pe-  
 tere uel exigere aliquid ultra et preter predicta ..  
 ab ipsis priore fratribusque .. de Maggiano .. Demum-  
 que, .. salvis .. remanentibus omnibus supradictis, .. partes  
 supradictas .. ab omnibus et singulis aliis, .. que .. una pars  
 ab altera .. petere uel exigere possent, .. hodie et ab hodie  
 retro usque in presentia. Item .. liberamus et absolvi-  
 mus .. Item .. sententiamus .. et arbitramur quod si .. ipsi  
 Guardianus et fratres .. Minor. de Senis supradicta .. non  
 observauerint et non impleverint .. tradere et solvere-  
 teneantur .. ipsis priori et fratribus .. de Maggiano ..  
 CC florenti auri pro restitutione et satisfactione expen-  
 sarum et sumptuum per eadem priorem et fratres .. in liti-  
 gijs et causarum dispendijs et alijs legitimis causis et predi-  
 ctorum occasione factis, de quibus expensis et sumptibus  
 .. plenam habuimus et habemus in arbitratu et arbitra-  
 mento nostro notitiam et informationem. Item .. sen-  
 tentiamus .. et arbitramur quod dicti Guardianus et  
 fratres .. Minor. de Senis teneantur .. pingi facere  
 Staggiuoles de pliciorum, de quibus superius quati in  
 principio fit mentio, ad arma et cum armis solitis.  
 De quinque annis in quinque annos, et debeant pingi  
 facere nunc pro prima vice .. de mense Julij proxime  
 futuro .. Item .. sententiamus .. et arbitramur quod si  
 partes supradicte, et specialiter ipsi Guardianus et fratres ..  
 Minor. de Senis, hoc nostrum .. laudum sententiam .. et  
 arbitramentum in omnibus .. non observauerint .. fecerint  
 in aliquo contrafecerint, .. ex nunc pro tunc, .. confirma-  
 mus et approbamus .. laudem et sententiam, compositionem  
 nem et declarationem latam et datam per fratrem

concium, et Cecum Jacobi, et sex Jacobum Manni  
 notar. de Senis, de quo et qua apparet manu Gal-  
 gani notarii infrascripti.. Item.. sententiamus.. et ar-  
 bitramur quod ipsi Guardianus et fratres.. Minor. de Senis  
 in celebratione missarum et officii supradicti anniversarii  
 seu universalis [teneantur] requirere sex fratres ex fra-  
 tribus S. Domini conventus Senen. quod velint adesse  
 ad dictum anniversarium seu anniversale, iuxta conti-  
 nentiam testamenti Nicolacii supradicti seu dicti Fran-  
 cesi. Revertentes nichilominus nobis auctoritatem et pot-  
 statem supradictam laudum et sententiam.. et arbitra-  
 mentum, vigore dicti compromissi in nos facti, posse de-  
 nuo reformare, et de novo, <sup>et arbitrariis</sup> sententiarum... durante  
 tempore compromissi et arbitrii supradicti.. hinc ad, per  
 festum mensis Novembris proxime sequentium. Et  
 supradicta omnia per singula laudantes sententiantes.. et  
 arbitantes mandamus.. ab ipsis partibus.. executioni  
 mandari.. sub pena.. Quingentorum florenor. auri..  
 solvendam cum effectu illi parti.. que predicta.. serva-  
 verit et.. servare.. et executioni mandare voluerit,..  
 Datum datum lectum et in hiis scriptis sententia-liter pro-  
 mulgatum fuit hoc.. laudum, sententia.. et arbitramentum  
 per supradictos Cecum et Ludovicum arbitros et arbi-  
 tratores.. et amicos compositores partium predictarum,  
 ut supradicitur electos et assumptos, Senis in loco audien-  
 tie et Residentie Regulatorum Maiorum Neuporum Ratto-  
 rum Communis Senen. pro tribunali sedentes, coram  
 Nicolacis olim Berocii Miniteri, et Nanne Tuse de  
 Prossis de Senis ad hoc testibus.. sub anno 2<sup>ni</sup> ab ipsius In-  
 carnatione MCCXCIV, Indicti III, die XXIII mensis Junii,  
 tempore pontificatus 1<sup>ni</sup> in Christo patris et d<sup>ni</sup>, d<sup>ni</sup>

Voite pro: Vanne?  
 21.

7

Bonifacii divina providentia pape IX, vacante Gra-  
manorum Imperatore [sic].

[Loco Signi] Ego Galganus olim Carboni civis Senen., pu-  
blice imperiali auctoritate notarius, et iudex de  
dinarius, predictis interfui, et ea scripti et publi-  
cavi rogatus.

1394, 22 Dec. - Privilegium Consilii generalis, de non  
solvendis gabellis pro ordine Cartusienſi, concessum a  
Civitate Senensis. - (titre sur led et au parchemin). -

In nomine Domini, Amen. Anno Dominiſe Incarnationis  
MCCCLXXXIIIj, Indictione tertia, die vigesima secundamentis  
Jasembis, Convocato et Congregato generali Consilio Campanie  
communis et populi civitatis Senensis in consueto Palatio et magna  
aula palatii inferioris dicti Communis ad touum Campanie vocum-  
-que precons, ut moris est, in sufficienti numero secundum  
formam statutarum, consensuum, dicti et propositi ego Andreas  
notarius reformationum, de mandato Dni Prioris Dore prefato-  
-rum, in hac forma, videlicet:

Cum audieritis Legi per me Andream, notarium, reformationum,  
Communis Senensis petitionem, istius tenoris vid. Coram, vobis magist<sup>ris</sup>  
Dominis Dnis Prioribus civitatis Senensis: Exponunt cum omni  
reverentia vestri humiles servitores et filii patres et Capitulum,  
S<sup>te</sup> Petri & Ponticiano, S<sup>te</sup> Marie de Magiano, S<sup>te</sup> Marie de  
Belriguardo, ordinis Cartusienſium, de Senis, qualiter eorum  
ordo quasi per totum mundum, habet pro se et etiam a Regim-  
-inibus secularibus immunitates, exemptiones et privilegia pro-  
-pter reverentiam omnipotentis Dei et sanctorum, apud, et max-  
-ime quia ipsi patres, juxta ipsorum admissum, non  
se intromittunt in rebus secularibus, imo stare debent solitarii  
et reclusi in ipsorum monasteriis. Et sicut novit Dominatio  
vestra dictum venerandum monasterium, in vestro Dominatu situm,  
multum fuit damnificatum, tempore guerre preterita in bestiaminis  
et aliis bonis ipsius. Quare ipsi cum omni reverentia suppli-  
-cant quatenus dignemini et velitis facere in vestro opportuno  
consilio provideri et reformari, quod ipsi sunt exempti et  
immunes a presentibus et gabellis et cunctis oneribus impositis  
et imponendis

et imponendis in Comuni et pro Comuni Senensi, sicut est consuetum  
et fieri per totum mundum, et maxime providere dignemini res-  
pectu litterarum magnifici Domini et Patris nostri Domini Comitis  
Virtutum, et p[er] qui et singularis pater et Protector ordinis Carthus-  
iensium, pro qua re ipse Dominus Comes, dicti ordinis zelator  
scribit singulariter Comuni Senensi: hoc. n. pro certo sedet ad  
honorem Dei et vestre Communitatis prosperum, statum et honorem,  
quem Altissimus prosperare dignetur feliciter et rotive.  
Igitur si dicto Consilio et Consiliariis dicti consilii videtur et  
placeat providere, ordinare et reformare prout et sicut in  
dicta petitione continetur, non obstantibus in predictis vel  
aliquo predictorum, aliquibus statutis, reformationibus, pro-  
visionibus Communis Senensis in contrarium disponentibus.  
In Dei nomine Consalatur.

Super quibus omnibus et singulis et  
Unus ex Consiliariis dicti consilii in ipso consilio turgens ad dici-  
torium consuetum, dixit atque consaluit super dictam petitionem,  
quod sicut continetur in ea sic sit et fiat autoritate presentis  
Consilii generalis.

In reformatione Consilii dato, facto et missa partito ad  
lupinos albos et nigros, secundum formam statutorum Senen-  
sium, victus, obtentus et reformatus fuit quod sit et fiat  
prout et sicut in dicta proposita, et Consilio super ea reddito  
continetur per centum octuaginta novem, consiliarios dicti  
consilii d[omi]nos lupinos albos pro V. non obstantibus quinqua-  
ginta novem, aliis dicti Consilii consiliariis d[omi]nos lupinos  
nigros pro (motu affectu) in contrarium predictorum.

Ego Andreas quondam Testi Censis de V[er]ultorio publicus Apostolica  
et Imperiali autoritate notarius Cesareaque autoritate iudex  
ordinarius et nunc notarius Reformationum Communis Senensis  
predicta

predicta rogatus scripsi et publicavi. —

(Arch. cent. Pis. Origis al. parchemin, larg. 0,235 millim. long. 0,370. N'est pas dans l. ms. entrainé pour la raison bien simple que ce document a du venir ici en 1782, lors de la suppression de Maggiano ou de Pontignano. — Ne actual des Armoires). —

---

# Cartusia Maggiani. . .

Extra acta de „ Vita Beati Patris Patricii, Senensis cartusiani „ a D. Bartholomaeo (Scola) Senensi, cartusiae Florentinae monacho. Senae 1619.

p. 17. Amplissimus pariter doctissimusque in Ricardus Potonus, <sup>Sto</sup> Romano  
Ecclesiae Vice cancellarius titulus S<sup>ti</sup> Eustachii diaconus card in alio, <sup>Senensi</sup>  
non minus munificentia quam pietate ac religione in rebus monasticis,  
ex testamento quatuor conobia scilicet: monachorum, cartusianorum,  
canonorum, cisterciensium, alterum, tertium, monialium ex ordine Predica-  
torum, postremum pro Minorum discipulorum, a fratre et filio  
Joanne, quem anno huius seculi 1314, XVII kalendas februarii (16 Janu.)  
Genova heredem dixit, ubi tunc decessit, a patris a sua testamento  
suppellectili atque grandi auri argentique magnifice coacti fortuna, intra  
Senensem ambitum, vel certe in ipso circumjuncto territorio civitatis, extru-  
enda legavit. Quorum, cartusense id noster, cum principem obtinere  
locum, solum in area descriptam, patribus ordinis, conobii edificandi  
causa, in agro Maggiano, non longe ab urbe patria quam quingentas  
passus, altitavit, duobus post annis ab interitu prestantissimi testatoris,  
vir florentissimus Buides, Buidi filius Fulconisque nepos, Senensis,  
qui, ut ejusdem cardinalis consobrini quoque supremae voluntatis  
executor impiger fuit.

